In eodem capite p. 28. ad finem, poſt illa verba, *Hæreditatibus obſervari*,dele paginam totam cum dimidia, uſque ad initium ſequẽtis pag.30.& ad illa verba, *Atque ſimillimum eſt*,excluſ. —Cap.4. p.39.ad finem,poſt illa verba,*& cum nomine rem*,dele,uſque ad finem capitis, & initium c.3. —Cap.8.p.58.poſt initium,poſt illa verba, *eſſe tum hæreticos*, dele uſq;ad finẽ capitis: —& item integrum Caput nonum,uſque ad initium capitis 10. in p.66. — Cap.10. p.68.ad medium, poſt illa verba, *principatus unius ſunt*, dele uſque ad medium ſequẽtis pag.69.excl.ad illa, *Sed omniſque*.— Deinde in p.71. ante mediũ, poſt illa verba, *in regno ſuo unam*, dele duas integras paginas,uſque ad pag.74. paulò ante finẽ, ad illa verba, *Feret malas ad*,excluſ. — Et p.77.paulò ante finem,poſt illa verba,*Neceſſario exagitantur*, dele lineam uſque ad illa, *Sed hic mihi ſimile*, excluſ. —Cap.12. ad finem capitis,& initium paginæ,dele, *non eſt bellum propter Religionem*,& extrema verba, *Silete Theologi in munere alieno*. — Cap.14.poſt medium.p.103.ante medium, poſt illa verba,*quod quærimus gentium*,dele uſque ad, *obſiſtendum igitur*. — Et eodem capite p.104. paulò poſt initium, poſt illa verba, *apud Dionyſium*,dele quatuor lineas, uſque ad, *& pergrave eſt*, excluſ. — Cap. 16. paulò ante finem, p.124.paulò à principio,*ut antea quoque dictum eſt*, dele paginam integram,ad lineas uſque novem ſequentis p. 125. ad illa verba, *Ad vicinorum intereſt*,excluſ.—Et ad finem capitis,pag. 127.poſt illa verba,*vicinum me moveam*,dele reliquum capitis. —Cap.19.ad mediũ, pag.144. paulò à principio, poſt illa verba, *alios à commercio*,dele novem lineas, uſque ad, *Vnde & Caſtellanis*, excluſ. — Cap.21. ante medium p.163.ad finem poſt illa verba, *detrimento regni*,dele tres lineas,uſque ad,*etiam facere pergunt*, excluſ. — Cap. 25. ante medium,p.200. ad medium,poſt illa verba,*Sacrificia isthæc*, &c. dele novemdecim lineas, uſque ad initium paginæ ſequentis 201. *Quæ de victis*,excluſ. — Lib.2. c.5.ante medium capitis,p.242.initio,poſt illa verba.*quod quærimus*, dele tres lineas, uſque ad,*In his autem*,excluſ. — Et in eodem capite p.246.ad mediũ, poſt illa verba,*mendacia iniuſtiſſima*, dele reliquum capitis,uſque ad pag.249.excluſ. Cap.8. ante medium,pag.274. poſt mediũ, poſt illa verba, *In Caſtris non liceat*, dele decem lineas, uſque ad illa;*Affectus Iudithæ*,excluſ. —Et ſequente p. 275. poſt quatuor lineas à principio,dele, *Et neque hæc tamen laudãtur*, *neque præter affectum aliud quicquam*. — Cap. 15. ante medium p.330. ipſo initio,poſt illa verba;*Alciatus ſecutus eſt*, dele tres lineas uſque ad, *Et videtur ergo*,excluſive. — Cap.17. ante medium p.360. linea ſecunda à principio, poſt illud verbum *Stratagematis*,dele,*& mendaciis*. — Cap.19. ad finem pag.431.ante medium,dele, *Sed neque mihi curæ lex Concilij*.—Cap.23.paulò poſt initium,pag 443.poſt medium,poſt illa verba, *non placet*,dele uſque ad, *ut inquit Ariſtoteles*, excluſ. — Et in eodem cap. pag. 446. initio, poſt illa verba, *templa violant*,dele ſex lineas,uſque ad illa,*Ioſephus in antiquitatibus*,excluſ. —Lib.3.c. 4. p.496 poſt medium,poſt illa verba,*Non concupiſcendo*, *ſed vindicando*, dele ſex lineas, uſque ad illa, *Romanorum Imperium*. — Cap.8. poſt medium paginæ 529. ante medium, poſt illa verba, *bellico huic viro*, dele ſex lineas, uſque ad, *Simplices probari*, excluſ. — Cap.9.ante medium p.541.paulò ab initio, poſt, *diverſæ Religionis homines*, dele duas lineas, uſque ad,*quando nec tam multi*,excluſ. —Cap.eodem,poſt medium, pag. 542. ad finem, poſt illa verba, *benè*, *& verè*, dele novem lineas uſque ad p.543.poſt initiũ,& illa verba, *Quid porrò*, excluſ.

excluſ. — Cap. 11. quod eſt, *De Religionis mutatione* p. 544. totum expungendum, uſque ad paginam 570. ubi incipit Cap. 12. *Si utile cum honeſto pugnet.* — Eodem lib. cap. 13. ante medium p. 580. ante medium, poſt, *& pœnitentiam volunt*, dele viginti lineas, uſque ad initium ſequentis pag. 581. & il a verba, *Age quid affinitas*, excluſivè. — Cap. 15. poſt medium, pag. 610. ad finem, poſt illa verba, *donare poteſt*, dele uſque ad finem ſequentis pag. 611. in illis verbis, *non poteſt Rex*, excluſ. — Et pag. 613. paulò poſt initium, poſt illa verba, *à Scriptura Sacra*, dele 2. lineas, cum marginali allegatione, ad illud, *Sed neque licuit*, excluſ. — Et in eodem capite paulò ante finem pag. 614. poſt medium, & poſt illa verba, *Turpis fortuna ſervi*, dele uſque ad finem capitis in p. 615. — Cap. 18. ante medium pag. 637. ad initium, poſt illa verba, *propter alia regna*, dele quinque lineas, uſq; ad, *Nunc quæro.* — Cap. 19. p. 649. ad finē, dele, *quidquid magni Bibliorum Interpretes aliter cenſeant.* — Eodē capite ante mediū p. 655. poſt illa verba, *cenſum populi*, dele quatuor lineas, uſque ad, *Tertiū Acazi.* — Et poſt duo folia, p. 658. ante mediū, dele, *Quod adhuc nota pro Religione victis non immutanda.* — Et ſequenti pag. 659. ad finē, poſt illa verba, *Inſcrutabile Dei iudicium*, dele tres lineas, uſque ad, *Etſi pax fieri* excluſ. — Et paulò ante finem eiuſdem capitis p. 661. ad medium dele, *quidquid æquitatem laudent Theologi.* — Et dele extremas quindecim capitis lineas, poſt illa verba, *Europæ profuderunt.* — Cap. 24. poſt medium, pag. 709. paulò ante finem, dele, *quanquam Carolus Molinæus*, cum citatione marginali.

EIVSDEM *Hiſpanicæ Advocationis*, libri duo. Hanoviæ, apud hæredes Guilielmi Antonij 1612.

Poſt præfixam libri initio notam, Auctoris dānati, & operis cum expurgatione permiſſi, ex Epiſtola dedicatoria, quæ eſt Scipionis Gentilis, & incipit, *Quod frater meus*, poſt verba illa ad finem pag. 2. *magnæ Britanniæ*, dele ſequentia, uſque ad finem epiſtolæ. — Poëmata præterea omnia, uſque ad ingreſſum cap. 1. — Ex lib. 1. c. 20. pag. 79. ad finem poſt illa verba, *Reginæ Eliſabethæ*, dele totam ſequentem paginam 80. uſque ad initium paginæ 81. & illa verba, *Ad rationem illarum*, excluſ.

EIVSDEM *Regales Diſputationes tres.* Hanoviæ, apud Guilielmum Anton. 1605.

Præfigenda in prima libri facie, ſolita auctoris, & operis nota. — Fol. verò ſequenti, poſt *Franciæ, & Hiberniæ*, dele, *Fidei defenſori* — Fol. 3. ubi incipit, *Diſputatio prima de poteſtate Regis abſoluta*, expungenda prorſus novemdecim folia, quibus diſputatio conſtat, uſque ad pag. 41.

Ex Diſputatione verò ſecunda, quæ eſt, *De unione Regnorum Britanniæ*, pag. 50. ante medium, poſt illa verba, *vulgare honores*, dele ſex lineas uſque ad, *Papa etiam Regibus*, excluſivè. — Et pag. 52. ad medium poſt illa verba, *Subditos argumententur*, dele decem lineas, uſque ad, *etiam illæ ſeptemdecim*, excluſive. — Pag. 53. ad finem poſt, *Valeant terras*, dele duas lineasu ſque ad *Illi niſi potenter*, excluſ. — Et pag. 58. dele duas priores lineas, uſque ad, *Aiunt Condinum*, excluſ. — Pag. 66. ad finem, poſt, *digni ſatis*, dele duas extremas lineas, & primam etiam ſequentis paginæ 67. uſque ad *At in eo*, excluſive. — Pag. 68. linea 3. ab initio, poſt, *dico diverſum ius*, dele ſex lineas uſque ad, *Neſcis ubi me*, excluſive. — Pag. 69. linea 4. ab initio, poſt illud, *Vniendi Eccleſias*, dele, *Cuius tamen poteſtas minor eſt, quam hic Regis.* — Pag. 93. poſt medium, & poſt *de iſtis prædictoribus*, dele ſex lineas, uſque ad, *Sed non ſunt omnia.* — Pag. 97. ad medium, poſt illud, *poteſtate non eſt*, dele decem lineas, uſque ad illud, *Adde unum*, excluſive.

Diſputatio tertia, *De Vi ciuium in Regem ſemper iniuſta*, quæ continetur ſedecim folijs à pagina 99. uſque ad paginam 132. tota expungenda.

EIVSDEM *Diſputationum de Nuptijs*, Libri ſeptem, prorſus; & perpetuo interdicuntur.

ALBERTVS Blarerus.

Philol. Tigurin. & Poeta, Luthero-Zuing. qui Gnomas Pſalmodicas Diſtichis expreſſit. Tygu. apud Ioa. Wolph. 1593.

ALBERTVS Brandeburgenſis.

Luther. Marchio videlicet, & Dux Pruſſę, qui Librum ſcripſit de cauſa Andreæ Oſiandri, de *Cauſa iuſtificationis noſtræ.*

ALBERTVS Draco.

Germanus, Luther. qui tranſtulit ex ſacris & profanis, *De uſufructu, & ſanctitate Matrimonij*, multa in linguam Germanicam. Marpurgi 1546.



INDICES Librorum PROHIBITORŪ E.V. Z4.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ALBERTVS Graverus.

Seu, *Grauverus*, ſeu *Gravierus*. Theologus, Luther. qui ſcribebat *De Religionis controverſijs*. Marpurgi 1606. & Ienæ 1609.

ALBERTVS Handembergius.

ALBERTVS Ioſuel Hunepoeus.

ALBERTVS Leoninus.

Theolog. Calvino-Zuingl. alius, *ab Elberto Leonino*, Iuris C. ille enim primus ſcribebat in Apocal. Amſtelod. 1608. Antuerp. 1603.

ALBERTVS Loinerus.

Theol. Calvinianus, aut Calvino-Zuingl.

ALBERTVS Lonicerus.

Seu, *Leonicerus*. Theolog. & Aſtronom. Luther. Auguſt. Confeſſ. eius omnia prohib.

ALBERTVS Lyttichius.

Theol. & Philoſ. Luth. Auguſt. Confeſſ. qui totus fuit in Luthero, & Melancthone.

EIVS *Compendium*, Græcę Grammaticę Lipſ. 1577. permittitur adhibita nota auctoris damnati, & operis permiſsi.

Cæterum omnia eius opera Theologica. & quæ excudebantur Lipſiæ 1574. & 1605. perpetuo interdicuntur.

ALBERTVS Raymarus.

Seu *Reimarus*. German. Theologus, Luther. Auguſt. Confeſſ. edebat ſcripta Tubing. 1604.

ALBERTVS Wichgrevus.

Germanus Poeta, & Hiſtoricus, Luth. omnia eius opera

ALBOHAZEN Haly.

Filius Aben Ragel.

EIVS liber, de iudicijs Aſtrorum Venetijs, apud Erhardum Ratdolt 1485. prohibetur.

ALBVMASAR Arabs.

Aliàs, *Iaphar*.

EIVS opuſcula, quæ ad iudiciariam prohibitam ſpectant, lib. 8. de *Magnis coniunctionibus, annorum revolutionibus, ac eorum profectionibus*. Auguſtæ Vindelic. 1489. — Eiuſdem, Flores *Aſtrologiæ* ibidem excuſſi 1488. prohib.

EIVS verò liber Phyſicus, & Medicus, de *Mutatione Aëris*, permittitur appoſita nota auctori & operi.

ALCÆVS Antonius.

ALEXANDER Aleſius.

Seu, *Alexius* (longè alius ab *Alexandro Halenſi*, D. Thomæ præceptore) Theolog. Luther. Auguſtanę Confeſsionis; natione Scotus, in Saxonia profugus; multa edidit adverſus Eccleſiam Catholicam, Argentinæ, Francof. Lipſiæ, Genevæ.

ALEXANDER Fabricius.

Seu *Carpentarius* Anglus.

Scripſit contra iuſtas hæreticorum pœnas.

ALEXANDER Novellus.

ALEXANDER Seton.

Scot. Luther. patria Londin. profugus; rediens autem in Patriam, anno 1541. coactus eſt retractare Hęreſim Lutheranã *De iuſtificatione per fidem*, per Gardinerum, & Bonerũ Epiſcopos Catholicos.

ALEXIVS Alexander.
*Lipſenſ. Luth.*

ALEXIVS Brenicerus.

ALPHONS. Æmil. Chennicenſis.

ALPHONSVS Corradius.

Seu, *Conradus Alphonſus Mantuanus*, Theolog. Calvino-Zuing. Scribebat in Apoc. Baſil. 1574.

AMANDVS Curiovellanus.

Philologus.

AMANDVS Polonus à Polanſdorff.

Seu, *Polanus*, German. Theolog. Lutheran. Calvino-Zuingl. Scribebat multa Theologica in ſcripturam, & controverſias, & cõtra Cardinalẽ Bellarminum, Baſileę 1597. & alia Genevæ 1517. & Baſileæ 1600. 1602. 1607. perpetuo prohibita.

AMBROSIVS Braulerus.

Seu, *Blaurerus*, ſeu, *Blarerus*. German. Conſtantienſis ad lacum Acronium, Miniſter Lutheranus, concionabatur Bernæ ad ann. 1560.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

AMBROSIVS Interbocenſis.

German. Lutheranus: eius quædã Oratio ſimul cum Melancthonis declamationibus impreſſa Argentinæ prohib.

AMBROSIVS Lobvvaſſer.

Seu *Lobyvaſſer.* Germ. Sneebergenſis. I.C. & Poëta vulgaris; ſcribebat, & edebat ſcripta iam inde ab anno 1549.

AMBROSIVS Moibanus.

Parochus Vratiſlavienſis, Theol. Luther. & Melancthoni addictus, vulgabat ſcripta Wittembergæ 1538.

AMBROSIVS Papen.

AMBROSIVS Reudenius.

Seu *Deudenius.* Germ & Profeſſor in Academia Ienenſi, Theologus, Lutheranus Auguſtanæ confeſſionis: ſcribebat ab ann. 1580. uſque ad 1603. Ienæ & Amburgi.

EIVS opera, quæ de religione tractant, ſicut ſunt perpetuo prohibita; ita Philologica, quæ de Religione non tractant, qualia ſunt, *Compendium Grammaticæ Hæbreæ.* Wittemberg. 1586. — Libellus *de Philoſophia*, ex Ariſtotele collectus. Ienæ 1580. — Oratio, *De perſonarum Academicarum officio*, permittuntur adhibita nota Auctori & operi.

AMBROSIVS Rhodius.

Phil. & Medic.

AMBROSIVS Schurer.

I. C. German. Lutheranus: ſcripſit Latinè, & Germanicè, *De Hæreditatibus*, quæ ab inteſtato deferuntur, Lipſiæ 1584. & 1595. opus, & ſi quid aliud ſcripſit, prohibitum.

AMBROSIVS Wolphius.

Seu *Wolſius*, Theol. Luther. Auguſt. confeſſionis, &, item Zuinglianus, & Calv. ſcribebat Genevæ 1579.

ANDREAS Altameri.

Seu, *Altameras*, ſeu, *Andreas Althamerus Brentius.* Theol. Auguſt. confeſſ. Luth.

EIVS *Sylva Biblicorum nominum*, qua propria vocabula, quorum in ſacris Biblijs fit mentio, explicantur. Noribergæ 1530. Baſil. apud Thomam Wolphium 1535. 1538. permittitur, cum ſequenti tamen expurgatione.

Initio adſcribenda nota damnati auctoris, & operis cum expurgatione permiſſi. — In Pręfat. p. 4. lin. 5. poſt illud, *inter noſtros vero*, dele ſequentia uſque ad, *Plures*, excl. — P. 6. §. *libenter* poſt medium, dele, *aliis neſcio*, uſque ad, *qui univerſi.* excl. — Et p. 7. lin. 5. dele, *ſacrilegas.* — Et in fine eiuſdem p. §. *Valc.* dele, *qui conſervet*, uſque ad, *Ipſe Dominus*, excluſ. — Et p. 8. dele §. *Commendo me ipſum*, uſque ad finem. — In *Athaſia*, dele, *à Iehu.* — Et in §. *Fiat*, dele, *At poſt*, uſque ad, *Confectus.*

Abolendum *Martini Lutheri* nomen, & quidquid ad eius commendationẽ faciat, ubicumque occurrerit, præſertim in, *Aſſedoch*, in *Avim*, cum tota ibi parentheſi. In *Baal Peor*, in *Beth Rimon*, in *Elle Kela*, & hic dele uſque ad, *Emek Bereka*, in *Haderach*, & hic dele uſque ad, *Hieronymus.* — In *Ieſimuch*, & hic dele uſque ad *Ieſbi.* — In *Magala.* — In *Teraphin*, ubi etiam dele *à M. Luth.* uſque ad, *ex Hoſeæ*, & mox dele, *probat.* — Denique in *Zaphnath.*

Similiter dele nomen *Oecolampadij* in *Madmana*, & hic dele uſque ad *huius pater*, excluſ. & in *Thalaſſar.* — In *Baruch*, dele, *inter Apocryphos*, uſque ad, *alius*, excluſivè. — In *Beniamin*, dele natus eſt, uſque ad, *Gen.* 35. excluſ. — In *Bernice*, dele, *& uxor quoque.* — In *Bethſeda*, dele, *In quem vide*, uſque ad, *Bethphage*, excluſ. — In *Camarim*, dele, *non abſimiles*, uſque ad, *quos ſuſtulit*, excluſ. — In *Carmeli*, dele, *In hoc etiam*, uſque ad, *huius plurima*, excluſ. — In *Elias Propheta*, dele uſque ad *hunc Malachias*, excluſ. — In *Excelſa*, dele, *quemadmodum*, uſque ad, *Lege de his.* — In *Ioannes filius Zebedæi*, dele, *& Epiſtolam*, uſque ad, *Vidit Chriſtum.* excluſ. — In *Ionathan filius Saulis*, dele, *Vnde Hieronymus*, uſque ad, *fuit etiam*, excluſ. — In *Iudas Iacob*, ibi, *ancilla Lia*, dele vocem *ancilla*; & ſimiliter delenda inferius, ubi recenſentur filij *Liæ.* — In *Iudas frater Iacobi*, dele, *quia à Iuda*, uſque ad, *Matthæum* 13. excl. — In verbo, *Linus*, dele, *hunc fingunt*, & ſubſtitue, *conſtat.* In *Melchizidech*, dele, *te refocillandum*, uſq; ad, *protulit*, excl. — In *Michaël*, dele, *alius Archangelus.* — In *Mizpa*, dele parentheſim. — In *Pharam*, §. *Eſt etiã* poſt *Deuter.* 33. dele uſque ad, *in huius Deſerto*, excl. — In *Salamis*, dele *In*, & poſt, *Cypro* dele, uſque ad, *Strabo*, excluſ. — In *Saül filius Kis*, dele, *Quia vero.*

Alia vero eius opera prohibentur.

ANDREAS Bodeſtein Caroloſtadius.

Seu *Andr. Carloſtadius*, Hereſiarcha. German. Wirtembergenſis, Theologus, primum Lutheranus, deinde Anti Lutheranus, & Sacramentarius; cæpit ſcribere ann. 1522.

ANDREAS Brentius.

Non ille Medicus Patavinus, ſed alius Theologus Lutheranus, qui ſcripſit Præfationem in Biblia. Lipſ. 1544.

ANDREAS Calagius.

Luther. Auguſt. confeſſ. Theol. qui ſcripſit *De Miraculis divinis ſerie Biblica.* Lycnicij 1595.

ANDREAS Callias.

Philoſoph. & Theolog. Calvin. qui de Euchariſtia ſcribebat adverſus Franciſcũ Coſterum Societ. Ieſu. Morgijs 1595.

ANDREAS Celichius.

German. Luth. Theolog. Auguſt. confeſſ. ſcribebat, & prælo dabat Theologica. Magdeburgi ad ann. 1572. uſque ad 1578. & Guſtovij. 1582. Lipſ. 1596.

ANDREAS Chraſtovius.

Polonus, Luthero-Zuinglianus, qui ſcripſit Bellum Ieſuiticum Baſil. apud Conrad. Waldkirch. 1594.

ANDREAS Chriſtianus.

Danus, Ripenſis, Medicus.

EIVS Enchiridiõ Medicũ. Baſileæ 1609. permittitur, adhibita Nota auctoris damnati, & operis permiſſi. — Et ex fine epiſtolæ dedicatoriæ, quæ incipit, *Cedro digniſſima*, expungatur vox, *Religio.*

ANDREAS Chriſtmannus. *Philol.*

ANDREAS Cludius.

Iuriſconſult. Luth. Iuliacenſis Profeſſor.

EIVS Commentaria in duodecim libros Digeſt. Helmſtadii 1598. — Et de *condictione debiti* apud Palthen. prohib. donec prodeat expurgatio.

☞ EIVS Tractatus *de Iure ſequeſtrationis.* Helmſtadii excudebat Iacobus Lucius 1595. permittitur.

Apponenda nota damnati auctoris, & operis permiſſi. — Deinde in Præfatione pag. 6. ad medium, dele, *ut vera Religio propagetur.*

ANDREAS Corvinus.

Germanus, Theologus, Lutheranus: ſcribebat Germanicè. Erphordiæ 1538.

ANDREAS Cramer.

Seu, *Cramerus.* Lutheranus, Auguſtanæ cõfeſſ. qui ſcripſit adverſus Ieſuitas. Gieſſæ, apud Hampelium 1609.

ANDREAS Crappius.

Seu, *Andr. Crappus.* Germ. Philol. & Muſic. ſcribebat *Cantiones Eccleſiæ.* Magdeburgi 1582.

ANDREAS Cratander.

Germanus, Theologus, Lutheranus.

EIVS Præfatio in Biblia *ad 70. Interpretũ fidem trãſlata*, & de auctoritate 70. Interpretum, &c. Baſil. per ipſum Andream Cratandrum 1526.

Ex Præfatione ad Sacrarum Litterarũ ſtudioſos, quæ incipit, *Neſcio qui factum*, &c. poſt octo lineas, & illa verba, *Reipublicæ Iactura*, dele quatuor ſequẽtes lineas, uſque ad, *Prodijt iam qui*, &c. excluſ. — Et paulò ante finem, poſt illa verba *quidquam immutare*, dele duas circiter lineas, uſque ad, *Proinde ne te*, excluſ. — Et poſt alia quatuor folia, ſub *Elencho Librorum veteris teſtamenti*, in titulo *Apocriphi, & extra Canonem*, adſcribe, *videlicet iuxta Hebræos.*

Sed illud tamen obſervandum editionẽ Romanam 70. Interpretũ Vaticanam ex auctoritate Sixti V. Pontificis Maximi habendam eſſe in Eccleſiæ pro Germana, & emendatiſſima, de qua, vel addendo, vel demendo non ſit fas aliquid immutare, ex ipſius Pontificis Decreto.

EIVSDEM Cratandri Præfatio in Ioannis Ioviani Pontani libros 14. *De rebus Cæleſtibus*, permittitur, appoſita nota damnati auctoris & operis permiſſi.

ANDREAS Critius Polonus.

Lutheranus, qui edidit encomia de Luthero. Wirtembergæ

ANDREAS Daucher.

Noricus. Collega Argentinenſis: ex Auctorib us *Collegij Argentoratenſis*. Vid. 3. Claſſ. *Collegium*, &c.

An-

ANDREAS Dietherus.

Auguſtanus, Philologus, & Auguſtę Ludimagiſter.

EIVS *Theſaurus contexendarum Epiſtolarum* ad imitationem Ciceronis, Auguſtæ Vindelicorum, per Henricum Stainer 1544. Permittitur expuncto epigrammate Xiſti Beuleij ſcriptoris damnati, in commendationem Auctoris; & adhibita nota Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſſi.

EIVSDEM *Flores*, ſeu, *Sententiæ morales*. Ex P. Ovidij Naſonis operibus congeſtæ. Auguſtæ Vindelicorum excudebat Philip. Vlhardus 1548.

Poſt appoſitam prę́ſcriptam notam Auctori, & operi Fol. 3. in Carmine, quod incipit, *Eſt pulcher*, &c. poſt *Xiſtus Betuleius* ſcribe, *Auctor damnatus*. Et expunge Verſiculos 9. & 10. — Accedunt *Formulæ Poëticæ* ex Ovidij operibus, per eundem Dietherum: ſimiliter permiſſę. Sed *in Carmine Gamico*, poſt paginam 164. iterum adſcribe, *Xiſto Betuleio*. Notam damnati Auctoris.

EIVSDEM Comœdię *Ioſephus, Converſio Pauli; Vincula Petri*. Baſileæ apud Oporinum, prohibentur, donec expurgatæ permittantur.

ANDREAS Duditius.

Ab Hotecouiza, Sbardellatus, Hungarus, ſeu *Dudithius*, ſeu *Deditius*, ſeu, *Butius*. Phyſicus, Theolog. & Aſtrolog. Calvino-Zvinglianus. Primum Catholicus quando in Concilio Tridentino duæ eius orationes habitæ ſunt, nomine Epiſcoporum Hungariæ, impreſſę Venetiis ab Aldo Poſtea Apoſtata, & coniugatus vivebat Cracouiæ.

EIVS. Commentariolus, *De Cometarum ſignificatione*, apud Petrum Pernam Baſil. 1579. permittitur adhibita Nota auctoris damnati, & operis permiſſi. Et quia cũ eodem circunfertur Opuſculum Thomæ Eraſti de eodem argumẽto, vide Thomas Eraſtus 1. Claſſ. — Vide eius quaſdam etiã Epiſtolas medecinales in *Laurentio Scoltzio*. 1. Claſſ. — Et eiuſdẽ quędam Poëmata. Vid. tom. 2. *Deliciarum German*. 3. Claſſ. Cætera eius opera prohib.

ANDREAS Ellingerus.

Poëta, Lutheranus. Scribebat *Hymnos Eccleſiaſticos*. Francof. 1578. & Lipſ. apud Volrab.

ANDREAS Fabilius.

Leodienſis, Luther. Theol. qui ſcripſit *Harmoniam Confeſſ. Auguſt*. &c. Colon. apud Cholinum 1573.

ANDREAS Fabritius. *Chemnicenſis*.

Longè alius ab *Andrea, Fabricio Leodienſi*, qui ſcripſit Tragœdiam inſcriptã, *Sãſon*. Colon. apud Cholinum 1569. Et *Quæſtiones*, & *Annotatiunculas* in Catechiſmum Romanum: apud Plãtinum 1572. Et alius item ab alio *Andrea Fabricio*, Ducis Bavariæ Conſiliario, qui Collegit *Harmoniam Confeſſ. Auguſt*. adiectis Principum, de ea Iudicijs Colon. apud Cholinum 1563. Et 1587. Ergo *Chemnicenſis*, iſte fuit Germ. Theol. Luther. qui & Germanicè, & Latinè multa de Religione evulgavit, Wirtemberg. 1551. Iſlebij 1569. & 1571.

ANDREAS Frankerberger.

Seu *Frankerbergerus*, German. Luth. Auguſt. confeſſ. Theol. & Hiſtoricus.

EIVS Tractatus *De excellenti Dignitate Hiſtoriæ Propheticæ*. Wittemberge 1580. — Et libri ſex *Inſtitutionum antiquitatis*. Wirtemberg. 1586. donec prodeat expurgatio.

ANDREAS Freyhub.

Seu *Freyhubius*, Profeſſor Lypſiẽſis, Theolog. Luther. ſcripſit *Capita Diſputationis Lypſicæ, de Ordinationibus miniſtrorum Eccleſiæ*, quæ refutavit Franciſcus Turrianus Societatis Ieſu, ann. 1574. & 1578.

ANDREAS Fricius Modrevius.

Theologus, & Politicus, German. Omnia eius opera prohib.

ANDREAS Fulda.

Germ. Theolog. Luther. Auguſtanæ confeſſ. ſcribebat ann. 1579.

ANDREAS de Gorlitz.

Profeſſor Lypſenſis.

ANDREAS Gorrutius.

Avernus, Calvino-Zvinglianus, qui ſcripſit 14. Libros de *Providentia*. *Genevæ* 1585.



INDICES Librorum PROHIBITORŪ E.V. 74.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Andreas Grazerus.

Theologus.

Andreas Grotheinius.

Philoſophus.

Andreas Heldius.

Iuriſconſultus, & Poëta German.

Andreas Hildebrant.

Germanus, Medicus.

Andreas Holdebeckius.

Iuriſconſultus.

Andreas Hondorffius.

Germanus, Lutheranus, Auguſt. confeſſ. ſcripſit multa Germanicè, ab anno 1568 uſque ad 1574.

Andreas Hyperius.

Seu, *Andreas Gerardus Hypperius*, Theologus, Calvino-Zuinglianus, Profeſſor Marpurgenſis. Cuius ſcripta edebantur Marpurgi 1542. uſque ad 1561. & Baſil. à 1570. uſque ad 1581. & Tyguri à 1572. uſque ad 1583. ferè omnia Theologica perpetuo interdicta. — Quæ verò ſcripſit de *Ratione ſtudij Dialecticæ, Rhetoricæ, Arithmeticæ, Geometr. Coſmograph.* — Item Scholia in Libros *Ethicorum Ariſtotelis*, permittuntur cum nota auctoris damnati & operis permiſſi.

Andreas Iacobi.

*Gopingenſis*, ſeu *Copingenſis*.

Andreas Kausberus. I. C.

Andreas Keſlerus.

Luth. German. Theolog. Vbiquitiſta prædicans Saxonicus. Contra quem ſcripſit Laurentius Forerus ſocietatis Ieſu. Cilingæ apud Gaſparum Sutorem.

Andreas Kinchen. I. C.

Andreas Khol. I. C.

Andreas Knichen.

Iuriſconſ. (longe alius ab *Andreæ Knopchen*. Theol. qui ſcripſit in Epiſt. ad Rom.)

Eivs de *Saxonico non provocando Iure, & Privilegio, commentatio innovata, aucta, lævigata*. Hanoviæ Typis Wechelianis apud Claudium Marnium 1603. permittitur cum ſubiecta expurgatione.

Præfigenda Nota auctoris, & operis cũ expurgatione permiſſi. — Expungẽda Præfatio ad Lectorem, cuius initium, *Invidiã, quæ*, &c. — Expũgẽda ſimiliter duo gratulatoria Poëmata Nicolai ab Hanſtein: quorum primũ incipit, *Rerum atq;* &c. Alterum, *Præſens opus*, &c. — Delenda quoque epiſtola Tobiæ Lagi, ad Andr. Knich cum inſcriptione. Necnon Poëmata omnia, uſque ad Titulum, *Gloſſarum deſignatio*, excl. — Et poſt ſequentem vocem, *Electorum*, dele uſque ad §. *Iure veluti*, excl. — Cap. 1. *Electorum*, pag. 28. quod incipit, *Septemviratus*, cum ſummariis totum delendum, uſque ad ſummarium cap. 2. excluſ. — E ſummarijs vero c. 2. deleantur numeri 88. 89. 90. 91. 92. — Et ex ipſo c. p. 80. n. 87. §. *Ac veluti mortali*, poſt illa verba, *Sibi conſtitit hactenus*, dele uſque ad, *Qui de validitate* nu. 92. excluſ. — Ex cap. 3. dele ſummarium 35. quod incipit, *Vbi iura Theologicis*. — Et ex ipſo cap. pag. 88. nu. 35. poſt ea verba, *Poſtponendum in Francia*, dele uſque ad, *Sepoſita verò deciſione*, excluſ. — Ex cap. 5. pag. 117. num. 92. poſt illud, *totum nõ eſt*, dele uſque ad, *Abſolutam igitur ſcientiam*, excluſ. — In verbo, *Ducum Saxoniæ*, &c. cap. 3. §. *Georgive Dux*. pag. 196. num. 275. poſt illud, *Alberti filius*, dele uſque ad, *quod frater Henricus*, excluſ. — Et eodem cap. §. *Ad ſecundam Claſſ.* pag. 201. nu. 309. poſt illud *meticuloſa & coacta*, dele uſque ad, *Ex prælibata verò*. excluſ. in initio ſeq. pag. — Cap. 5. de *Regalijs in ſpecie* §. *Flumina navigationis*, pag. 255. num. 146. poſt illud *corporis inflictivi*, dele uſque ad, *Benedict. Guiliel.* excluſ.

Eivsdem *De veſtiturarum pactionibus*, Pars prima, & altera. Hanoviæ, apud Marnium 1607.

Præfigenda initio Nota Auctoris, & operis cum expurgatione permiſſi. — Ex *Præfatiuncula Tobiæ* Lagi *ad Lectorem*, quæ incipit, *Duo potiſſimum* pag. 4. à medio, poſt illud, *perſpicuam ſuggeri*, dele uſque ad, *legat, qui velit*, excluſ.. — Deinde expungatur Epigramma ad Auctorem, quod incipit, *Quo quis iuſtitiam*, cum inſcriptione. Ex c. 1. p. 30. n. 149. poſt illud, *nec ſocer meus*, dele uſque ad illud, W*eſembecius piæ memoriæ*, incluſ.

Andreas Knopen.

Seu *Knopken*. Thologus, Lutheranus.

An-

Andreas Kragius, Ripenſis.

Danus, Philolog. Defenſor, & illuſtrator Petri Rami. Sectarij. Baſileæ 1582.

Andreas Kreuch.

Seu *Kreuchius*. Lutheran. German. Theol. qui ſcripſit Homiliam de *Sigillo Lutheri*. 1579.

Andreas Lang.

Seu *Langus*, Theologus Lutheran. qui Germanicè, & Latinè ſcribebat Theologica 1571. & 1577.

Andreas Libavius.

Qui &, *Baſilius de Barna*, ſive *de Berna*, ſive, *De Varna*. Germanus, Lutheranus, Philoſophus, Medicus, Chymicus, qui etiam aliqua Theologica attigit.

Eius *Alchymia, recognita, emendata, & aucta*, &c. Francofurti excudebat Ioannes Saurius, 1606. permittitur.

Præfigenda initio Libri Nota damnati Auctoris, & operis cum expurgatione permiſſi.

Eiusdem *Commentariorum Alchymiæ*, pars prima, & ſecunda. Francofurti ad Mænum.

In initio Libri inurenda ſolita Nota damnati *Auctoris, & operis*.

Ex prima parte Libri ſecundi, cap. 6. pagin. 192. ante finem, poſt illud, *appellant Mercurium*, dele uſque ad, *cuius putrefactione*. excluſ.—Ex ſecunda parte, Tractatu 2. *De Mercurio Philoſophorum*, pag. 37. à medio, poſt illud, *poſteritati mandatur*, dele uſque ad, *E V. Non immeritò*, excluſ. — Ex Tractatu de *Aquis mineralibus*, parte 3. de *Aqua Nili*, poſt initium Tractatus, poſt illud, *& audaciæ quæ*, dele uſque ad, *me ineptire compulit*. excluſ.

Eiusdem *ſingularium*, pars prima, ſecunda, tertia, & quarta. Francofurti Typis Ioannis Saurij 1599.

Poſt prefixam notam damnati Auctoris, & permiſſi operis cũ expurgatione, in §. de *Hominis creatione*, p. 279. præcidatur illuſtratio Paragraphorum, quæ incipit, *Dupliciortu hominem*, &c. uſque ad Titulum, *Secunda Paracelſica*. excl. in pag. 293. —In *Paracelſica Monarchia*, §. 8. p. 295. initio poſt illud *ſuperſtitioſa defenſione*, dele uſque ad finem §. —*De Morionum generatione*, pag. 101. § 2. poſt illud, *illud ipſum principium*, dele uſque ad, *natura ſua corpori*. excluſ.

Pars ſecunda. Francofurti Typis Ioannis Saurij. 1599.

Inurenda ſolita Nota Auctoris, & operis. — Et in *Proſphoniſi ad Conſules Halæ Suevorum*, quæ incipit, *Memorabilis eſt ſententia*, p. 5. ad medium poſt illud, *auctoritate & ſubſidio*, dele uſque ad, *Summa doctrinæ & vigilantiæ*. excl. — In *Problematis de Emerſione ſubmerſorum cadaverum* Probl. 7. pag. 185 initio, dele vocem, *fataliter*, ubi ait, *aliquos canibus fataliter deſtinatos*. —In Notis ad eadem Problemata pag. 197. ſub initium §. *In Decimo, ubi Dæmones*, poſt illud, *fuerit hæreſeos reus*, dele uſque ad §. *Quæ Pilati cadavere*. excluſ.

In *Contemplatione, De intellectu beſtiarum*, cap. 2. pag. 342. à medio, poſt illud, *Fabricium, & alios*, dele uſq; ad, *Si itaque ſenſus*, excluſ. —Ex indice Auctorum, qui operi *Bombyciorum* præfigitur pag. 365. dele, *Lutheri interpretatio Biblica*. — Bombyciorum Lib. 2. §. *Secundo producitur*, pag. 470. ſub initium, dele, *fallaces Monachi*.

Pars Tertia. Francofurti Typis Ioannis Saurij. 1601.

Præfigenda ſolita Nota Auctoris, & operis, &c.—Lib. 2. c. 10. *In Scholijs*. p. 198. in fine, dele, *piæ memoriæ*, ubi de M. Bergio. —Lib. 5. c. 26. *In Scholijs*, pag. 647. ante medium, poſt illud, *iniunxiſſe certum numerum*, dele uſque ad. *Sulphur tineas interficit*, excluſ.—Eodem lib. c. 35. *In Scholijs*, pag. 703. in fine, poſt, *rudi & cingulo lato*, dele uſque ad, *Nam in Sacris litteris*. excluſ. — Et p. ſequenti 704. poſt, *ex pilis Camelinis*, dele uſque ad, *Inceſsiſſe in nuda*. excluſ.— Et eadẽ pagina ſub initiũ, poſt, *& Zona pellicea ſuccinctus renes*, dele uſque ad, *Quis in Pario marmore*. excluſ. —Et ad finem eiuſdem paginæ, poſt, *à morione diſtinguam?* dele uſque ad, *Sed hoc ad illum*. excluſ.

Pars Quarta. Francofurti ad Mænum Typis Ioannis Saurii 1601.

Poſt adhibitam Notam ſolitam Auctoris, & operis, ex *Hiſtoria Panacearia*. in Præfatione ad Lectorem, quæ incipit, *Confectũ pridem*, pagin. 478. ſub initium, poſt, *Paganum compilato*, dele uſque ad, *Hoc vultu impreſſam*, excluſ. —Sect. 1. cap. 1. pag. 508. expungatur integrum cap. 3. cum ſummario, quod incipit, *Putarunt nonnulli*. —Item pag. 518. cap. 4. quod incipit, *Magnum argumentum*, etiam cum ſummario. —Item p. 523. c. 5. quod incipit, *Inviti admodum* etiam cum ſummario.—Et p. 532. c. 6. quod incipit, *Nihil frequentius*, cum ſuo item

ſummario.—Ex indice vero, dele, *Libavij honorificentiſſima teſtimonia.*

Eivsdem Tractatus duo Phyſici, de *Impoſtoria vulnerum per unguentum armariū ſanatione, & de cruentatione cadaverum*, &c. Francof. excudebat Ioan. Saur. 1594.

Poſt inſcriptam notā ſolitam.—Tract. 1. pag. 36. ad medium, poſt, *confirmandam illudere*. dele uſque ad, *Novi homines*; excl. —Pag. 152. ſub initium, poſt *coſmocriticæ, cap. 6.* dele uſque ad, *Ex Lucretio recitantur*, excluſ. —Pag. 169. ſub initium, ibi, *Ethnicorum hiſtoria*, dele, *Papatus*, —Pag. 177. ſub initium, poſt, *extra tormentum collocat*, dele uſque ad §. *Theſi* 65. *& ſequentibus*, excl. —Pag. 80. ad finem, poſt, *Syracida de Samuele*, dele uſque ad, *ſiquidem non Samuel*, excluſ.

Eivsdem *Rerum Chymicarum epiſtolica forma.* Francof. excudebat Ioan. Saurius 1595.

Poſt inſcriptam notam ſolitam, in dedicatione, quæ incipit, *Medicinam eſſe artem*, pag. 3. in fine, poſt illud, *& Annales, Taceo*, dele, uſque ad, *alioſque, qui ſummam*, excl. —Pag. 9. in finu, poſt, *ſtudio non alienos*, dele, uſque ad illud pag. ſequentis ſub initiū, *Quod mihi certiſſimo*, excl. — Deinde expungantur duę Elegiæ, & tria encomia, & Anagrammatiſmus in laudem auctoris, & operis, uſque ad Titulum, *Studioſis Alchymiæ.* excl. —Lib. 1. Epiſt. 1. pag. 15. poſt, *Aſtrologi mendaciſſimi*, linea 5. ante finem, dele, *Monachi maximè deliri.* — Epiſt. 2. poſt medium, pag. 39. poſt, *quantum in ſola chymia*, dele uſque ad, *diſputant multi.* excl. —Epiſt. 29. pag. 268. initio, poſt quinque lineas, & illa verba, *clauſum in termino*, dele ſex lineas, uſque ad. *In huius cum nuper.* excluſ.—Ex Lib. 2. poſt *Dedicationem*, expungatur Epiſtola Bernhardi Stiberi, cum ſequenti *Anagrammatiſmo* Huldrici Buchneri. — Epiſt. 25. pag. 146. ad finem, poſt voces Græcas, dele ſeptem lineas uſque ad, *Turneſius præmitit.*

Eivsdem *Novus de Medicina veterum tractatus.* Francof. excudebat Ioan. Lechlerus 1599. & apud Kopffium, permittitur adhibita nota auctoris damnati, & operis permiſsi.

Eivsdem, *Medecinæ Hermeticæ*, &c. ad hominis ſanitatē, & Hydrargirium tranſmutandum, &c. expoſitio, & Raymundi Lullij, &c. Francofurti Excudebat Ioan. Lechlerus 1599.

In prima Libri facie, præfigatur etiam ſolita Auctoris, & operis nota, *&c.*—Deinde ad finem operis præcidantur omnes *Periochæ*, & *Paraphraſes capitum Roſarij*, quod Arnoldo adſcribitur à pagin. 456. uſque ad finem Libri.

Eivsdem, *Alchymia Triumphans de iniuſta in ſe Collegij Galenici cenſura*, &c. Opus Hermeticum, & de *Quinta eſſentia*, &c. Francof. ex officina Ioan. Saurij 1607.

Præfige primæ Libri faciei notam præſcriptam. —Deinde pag. 3. in dedicatione Ducibus Saxoniæ, dele, *Nutritijs Eccleſiæ.*

Eivsdem *Quæſtionum Phyſicarum controverſarum inter Peripateticos, & Rameos* Tractatus. Francof. 1591. Poſt adhibitam præſcriptam notam Auctori, & operi, ex Epiſt. dedicatoria pag. 5. ante finem, linea 6. dele, *Depoſito Divi Lutheri gaudente*, —& pag. 6. initio, linea 1. poſt, *ex equo Troiano*, dele duas lineas, uſque ad, *patriæque veſtræ.* excluſ.

Eivsdem vero Poëmata, videlicet *Laurinum receptum*, — *Reſurrectio*, — *Herodes, Dionyſia*, — *Miſeria humana*, permittuntur in Tomo tertio Deliciarum Germanicarum, de quo in 3. Claſſ. litera D.

Eivsdem alia opera omnia prohibita.

### Andreas Mergiletus.

Francus, Theologus Lutheran. Auguſtanę Cōfeſſ. & Poëta, ſcribebat Schmalcald. 1599. & Lipſ. 1607.

### Andreas Muncerus.

*Seu* per errorem *Muneerus.*

### Andreas Muſculus.

*Seu* Muſculi. Theologus, Lutheranus Auguſtanæ confeſſ. ſcribebat, & vulgabat multa Theologica, Lubecę, & Francof. ab anno 1552. uſque ad 1578. quæ omnia perpetuo prohibentur.

Eivs vero Oratio de *Dignitate, & uſu Academiarum.* Francof. 1573. permittitur, adhibita nota auctori, & operi.

### Andreas Muſius Allholy.

Theolog. Senior Eccleſiæ Dordrechtanæ, & ſubſcriptor Conciliabuli.

### Andreas Neumair.

Theol. Lutheran. Germanus.

### Andreas Nimeierus.

Seu, *Nimelerus*, Theologus, Luther. Aug. confeſſ. qui ſcripſit *Analyſim Logicam* epiſt.

epiſt. Pauli. Hannoveræ. apud Holſtem 1608.

Andreas Oſiander.

Germ. Theolog. primum Lutheranus Auguſtanæ confeſſionis, poſtea etiam cæpit audiri Hæreſiarcha, anno 1551. Scripſit Latinè, & Germanicè ab anno 1527. uſque ad 1552. & ſcripta dabat Baſileæ, Norimbergæ, Regio mont. Francof. Inter quę illa ſunt depravatiſſima, *Biblia cum explicationibus*, ex omnium errorum, & hæreticorum colluvie, Herbrandi, Khemnicii, Chytræi, Hunnii, Selnecceri, Welleri, Althameri conflata, Tubingæ apud Cruppenbach 1599. & Francof. apud Berneruum 1606.

Andreas Oſiander, *Iunior*.

Theologus, Germanus, Luther.

Andreas Otho Hertzbergenſis.

Andreas Pancratius.

Aliàs per errorem, *Paneratius*, Theolog. Lutheranus Auguſtanę confeſſ. Scripta edebantur Witebergæ 1571. 1594. Francof. 1597.

Andreas Perditius, Spiegel.

Andreas Perlitius.

Quendelburgenſis, German. qui tractatum Davidis Chytræi *De vita æterna*, è Latino in Germanicum convertit. Wittebergæ 1382.

Andreas Petrius.

Andreas Placo.

Eius *Interpretatio* difficiliorum Græcarum, Hebręarum, & aliarum peregrinarum dictionum, quæ in ſacris litteris habentur, Baſileæ apud Henric. Petrum, permittitur, appoſita nota damnati Auctoris, & operis permiſſi.

Andreas Planerus.

Germanus, Medicus Profeſſor Argentoratenſis, ſcripſit multa Phyſica, & Medica ab anno 1570. uſque ad 1586. Argentorati, & Tubingæ prohibita.

Andreas Plato.

Theolog. Calvinianus.

Andreas Poach.

Germanus, Theologus Lutheranus, qui Latinè, & Germanicè ſcribebat, Molhuſij 1579.

Andreas Pouchenius.

Seu, *Pouchemius*, Germ. Lubecenſis, Theolog. ſuperintendens Lutheranus, ſcripta edebat Lubecæ 1579.

Andreas Proleus.

German. Theologus Lutheranus, miniſter Stolpenſis.

Andreas Rainellus, *Philolog*.

Andreas Rausberus. *I.C.*

Andreas Reinhardus, *Philol.*

Andreas Reyger.

Andreas Rivetus.

Gallus. Pictavienſis, Theol. Calvin. Scholaris Rupellenſis, & Bearnenſis, Paſtor Thoarſenſis, & Delegatus ſex conciliabulorum hæreticorum, Profeſſor Salrienſis; ac tandem Leidenſis.

Eius omnia opera Theologica, & de huius temporis Controverſijs, perpetuo interdicuntur.

Andreas Sadelerus.

Anglus, Lutheranus, Theol. qui metu ignis vindicis Hęreticorũ, ex Anglia profugus, in Belgio creatus Weſaliæ Scholæ Gymnaſiarcha, Balæi familiaris, vivebat, & ſcribebat anno 1556.

Andreas Scaffmannus.

Seu *Scaffmanni*. Germanus, Theologus Lutheran. Aug. confeſſ. evulgabat Theologica Tremon. 1596. & Molhuſij 1597. & Francof. apud Porſium, & apud Ioan. Spieſſ. 1597.

Andreas Schepfus. *I.C.*

Andreas Scoffius.

Seu, *Schoppius*, German. Theolog. Lutheran. ſcribebat Germanicè, & Latinè Theo-

Theologica, Iſlebij 1570. & Magdeburgij 1576.

ANDREAS Schollius.

Argentinenſis, ex Collegio Iuridico, & Collectoribus *Pandectarum.* Vide *Collegium Argentoratenſe.* 3. Claſſ.

ANDREAS Seelmaterus.

ANDREAS Serſtenius, *Philoſ.*

ANDREAS Speth.

Seu, *Spethus*, Poëta, & Muſicus, Lutheran. Calvi. ſcribebat *Paraphraſim Metro rithmicam Pſalmorum*, ad Melodias Gallicas, & Germanicas accommodatam, Heidelb. 1596. & *Paraphraſim Poeticam* Evang. Herbonæ 1592.

ANDREAS Villetus.

ANDREAS Volanus.

Germ. Theol. Metonymicus diſcipul9 Calvini & Zuinglij, qui ſcribebat, & tollebat in Euchariſtia *Tranſſubſtantiationem* contra Petrum Scargam, & Franciſcum Turrianum Ieſuitas. Spiræ 1582.

ANDREAS Wencelius.

Seu, *Wencolius.*

ANDREAS Widdius.

ANDREAS Widmarius.

German. Grammaticus, & Philol. Luther. ſcribebat de *Verbis, & Syllabis*, Bremæ, apud Woſſelium 1602.

ANDREAS Wilchius.

Seu, *Wilkius*, ſeu, *Wildius*, Theol. Luther. Aug. confeſſ.

EIVS omnia prohibita.

ANDREAS Willetus.

Seu, *Wilethus*, ſeu, *Willotus*, Anglus, Theol. vulgaris Poëta Calviniſta, qui ſcripſit Anglicè contra Cardinalem Bellarminum, & eius librum convertit Latinè *Ionas Valmmarus* Secretarius, Amſterodami 1609.

ANGELVS Maſcarellus.

Seu, *Anglus Maſſarellus*, quod fictitium creditur nomen. Quamvis Ioſias Simlerus in ſua Heſneriana Bibliotheca meminit *Angeli Maſcarelli*, Romanæ Sedis Notarij, qui epiſtolá monitoriá ſcripſit ad Iacobum Schroppium Abbatem Maulburnenſem de Synodo OEcumenica ab ipſo nuper ficta, & ſcripta. Romæ 1582. ſed hic Catholicus fuit. Verũ conſtat alius *Angelus Maſſarellus Theologus Calviniſta.*

ANGELVS Odonus.

ANGELVS Loeus.

ANTONIVS Albirius.

ANTONIVS Alcæus.

Seu, *Alieus*, ſeu, *Halieus*, ſeu, *Alcæus Antonius*, Helvetius Luthero-Zuinglianus, qui edidit Reſpõſiones Hulderici Zuinglij ad ſeptẽ concluſiones Ioannis Ekij.

ANTONIVS Anglus.

*Auctor Libri de Origine Miſſæ*, & præterea colligebat ſententias ex Sanctis Patribus Wirtemberg.

ANTONIVS Arimathæenſis.

Quod non creditum eſt, fictitium. Sed conſtat alius quidam eiuſdem nominis Calviniſta Theologus.

ANTONIVS Arnaldus. *Phil.*

ANTONIVS Brucciolus.

Seu *Bruciolus*, Italus, qui Italicè utrumque Teſtamentum vertit, & alia in Scripturam Commentaria Italicè edidit. Venetijs, apud Lucam Antonium Giunti, 1532. 1534. 1546. & 1547.

ANTONIVS Burchardus. *Philol.*

ANTONIVS Cevallerius.

Seu, *Antonius Rodolphus*, ſeu, *Rudolphus Cevallerius*, ſeu, *Rodolphus Cevallerius*, aut *Chevallerius*, Philologus.

EIVS, *Rudimenta linguæ Hebraicæ*, cum Rudimentorum praxi. Genevæ, apud Franſciſcum le Preux 1599. permittuntur cum ſubiecta expurgatione.

In prima Libri facie, præfigenda damnati Auctoris nota Cevallerio, & operi cum expurgatione permiſſo. — Fol. 2. expunge epiſtolam, quæ incipit, *Neminem eſſe*, ſimul cũ inſcriptione. — Tũ præterea & ſequẽs epiſtola Ant. Cevall. quæ eſt ad Theodorum

dorum Bezam.—Adde etiam fol. 5. & 6. delendam Hæbraïcam epiſtolam,quæ eſt *Immanuelis Tremellij*,cum duobus ſequentibus Epigrammatis Græcis,in commendationem Auctoris,& operis.—Tandem in fine Praxis ad Pſalm.25. poſt pag. 294. expungatur ſequens integrum folium.

Eivsdem *Annotationes*, & *Additiones* ad Santes Pagnini Theſaurum Linguæ Sanctæ permittuntur,adhibita ſua nota. De quo vide in Sanctes Pagnino. 2. Claſſ.

Ex Eivsdem recognitione *Alphabetum Hebraïcum*, apud Henricum Stephanum. —Et idem cum Notis Iani Druſij,Franeckeræ,apud Ægidium Radæum 1587. permittuntur adhibita nota debita. Vid. in Ioan. Druſ.1. Claſſ.

## Antonivs Corranus.

Theolog.Luthero-Zuinglianus,ſcribebat Theologica,Londini ab anno 1581. uſque ad 1588.& Francof.

## Antonivs Corvinus.

Citro-Gallus,German. Wapurgẽs. Theol. Luther.Auguſt.confeſſ.ſcribebat Marpurgi.& Wittembergæ 1596.

Eivs Hiſtoria *de miſerabili Monaſterienſium Anabaptiſtarum obſidione*, & *excidio*, &c. circunfertur in volumine, quod inſcribitur,*Opus Hiſtoriarum noſtro ſæculo convenientiſsimum*, &c. Baſil. apud Bartholomæum Weſthemerum 1541. permittitur, appoſita ſua nota Corvino & operi.

## Antonivs Evominus. *Ph.*

## Antonivs Fay.

Seu,*Fayus*,ſeu, *Fagyus*, Gallus, Calvino. Zuinglianus.Theol. Geneven ſ. & Hiſtoricus:ſcribebat in Salomonem. Genevæ 1608.

Eivs hiſtoria *Genevæ liberatæ* 1603. & Hiſtoria Romana Titi Livij ex Latina in Gallicam linguam Genevæ 1582. permiſſa,cum nota Auctoris damnati & operis cum expurgatione permiſſi.

## Antonivs Ghelvius.

Seu,*Ghelbius*,ſeu,*Gylbi*, Lynchoniẽſis, ſeu Zinchonienſis,Cantabrigiẽſis Scholaſticus,& Collega,ſcripſit plurima Hæretica,& Lutherana,Anglicè,&Latinè.

## Antonivs Grevenſtein.

Philoſoph.& Aſtronomus,Lutheranus.

Eivs *Supputatio Eclipſium*, ab anno 1593. uſque ad 1602.Bremæ,apud Bernard. Petri 1592.prohibit.

## Antonivs Herfortus.

German.Theolog.Luther.qui Germanicè ſcripſit de *ſancta Cœna*, & edidit Francof.1578.

## Antonivs Heringius.

Oldenburgicus,German.I.C.Lutheranus Auguſtanæ confeſſ.diſcipulus Weſenbeccij & Coleri.

Eivs Tractatûs de *Fideiuſſoribus*,editio ſecunda aucta Francof.Typis Ioannis Bringeri 1614.

Apponenda nota *Auctoris damnati*, & *operis permiſsi cum expurgatione*, in prima libri facie.—In Epiſtola dedicatoria,quæ incipit:*Duo ſunt Illuſtris*, &c. pag 4. lin. 5. ab initio, dele, *piæ ac laudabilis memoriæ, cuius anima eſt in benedictione.*—Et inferius poſt 13.lineas, dele, *ad æternæ beatitudinis conſortiũ,placide,ac in vera fide Chriſti.* —Et pag.5.lin.5.à fine, dele, *ardenti pietatis*, *ac ſinceræ purioriſque Religionis.* — Pag.6.lin.9.à fine,dele,vna cum vera Religione.—Cap.1.pag. 7. colum. 1. num. 2. ſcribe in margine,è regione Conradi Pellicani, *Conradus Pellicanus Hæreticus Zuinglianus*, & *hæc eius ſententia eſt erronea.* —Pag. 9. colum. 2. ſub num. 20. poſt illa verba,*auſim dicere*,dele tres lineas, uſque ad,*tetigit breuiter*, excluſ. — Et inferius, num. 21. dele, *rectiſsime ſentit Molinæus.* —Cap. 7. num. 181. column. 1. num. 269. deleatur totus, per 19.lin. uſque ad num. 270. excluſ. — In tractatu de Principe c. 2.pagin. 52. & ſeq. & inferius dele totum num. 532. — Cap. 8. pagin. 217. num. 78. dele,*quæ à fortuna geruntur, incerta ſunt*, & *ineuitabilia.* — Et inferius, *ita quoque diuitiæ à fortuna, ſi qua extra prouidentiam Dei eſt.* — Cap. 15. pagin. 359. colum. 2. num.78.poſt obſervationem 78.nu.7.dele 10. lin. uſque ad, *præterea loco peſtilentioſo*, excluſ. — Cap. 16. pag. 366. num. 13. poſt illa verba,in fine 1. columnæ,*derogat nil an non*,dele duas lin.uſque ad,*Veruntamen per conſequentiam*,excluſ.—Cap. 18. column. 292. column. 1. num. 61. dele, *Pontificio more*,& inferius,poſt illa verba,*teſtes baptiſmi eſſe poſſe*,dele ſex lin.uſque ad,*atque hãc*

*ſpon-*

INDICES Librorum PROHIBITORŨ E.V. 74.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*ſponſionem*,excluſ. — Cap. 26. pagin. 628. colum.2.ante medium, nu.1009. poſt illa verba 4.Maij anno 164. dele, §. qui incipit, *conſideranda porrò* per novem lin. — Cap. 30. in formula 3. obligationis pagin. 746.colum.2.num.34. poſt illa verba, *ubi communem dicit*,dele,6.lin.ſequentes, uſq; ad,eandem quoque ſententiam,excluſ.

Idē auctor,& tractatus ex editione paulò recentiori Auguſtæ Taurinorum,apud Ioannem Dominicum Tarinum 1615.quæ editio multis locis non conuenit cum illa priori Francofurtenſi,ut quæ ſit longè expurgatior, ſed nihilominus non omnino emaculata.—Pag.3. col. 2. num. 20. poſt illa verba veriſsimam auſim dicere, dele duas lineas,uſq; ad,tetigit breuiter, excl. —Et inferius num.21.dele,*rectiſsime ſentit ſupradictus*. — Et cap. 7. pag. 93. col. 2. num.269.poſt illa verba,*iure teſtari liceat*. dele lineam,uſque ad,*Ioannes Dauth*,excl. — Eodem cap.pagin.110. colum. 2. num. 531.dele, *per Ioannem Calvinum* in tractat. de Principe cap.2. pag. 52. & ſequent. — Et inferius,dele totum numerum 532. — Cap.8. pag. 122. colum. 2. nu. 78. dele, *& quæ à fortuna geruntur, incerta ſunt, & ineuitabilia*,& inferius,dele, *ita quoque diuitiæ à fortuna,ſi qua extra prouidentiam Dei eſt*.

### ANTONIVS Kooche.

Seu,Cookus Anglus, Eduardi Sexti Anglorum Regis inſtitutor.

### ANTONIVS Mœcherus.

Seu Mecherus, ſeu, Mockerus Heildesheimius German. Poëta Latinus, & vulgaris.

EIVS *Hildeſia Saxoniæ*, cum alijs rebus memorabilibus. Francof. 1573. — *Veterum Poëtarum Carmina*, Latine reddita, Erfordiæ 1575. prohibentur, donec prodeat expurgatio.

### ANTONIVS Niger.

Vratis-Larienſis,Medicus Brunſuigenſis, & Poëta.

EIVS *Exhortatio ad liberalium Artium ſtudia*.—Et *Conſilium de tuenda valetudine*. Wirtemberg.1573.& 1582.prohibētur,donec prodeat expurgatio. — *Poëmata vero*,vide Tomo 4.Deliciarum Germanic.3.Claſſ.

### ANTONIVS Otho Hertzberger.

German.Theolog. Luther. Concionator Northuſanus;ſcripſit Germanicè Theologica,& edebat Magdeburgi 1552. & 1553.

### ANTONIVS Pachius.

Seu,*Paquius*,ſeu,*Pocquius*,Anabaptiſta.

### ANTONIVS Palearius.

Seu, *Aonius Palearius*, Italus, Verulanus, Philoſophus, Orator, & Poëta Lutheranus,ſeu,Calvinianus.Iam ſenex Hæreticus, Romæ capite punitur anno 1570.

EIVS *Epiſtolarum* Libri quatuor, Lugduni,apud Gryphium 1552.Baſil.1566. permittuntur.

Poſt adhibitam præſcriptam notam auctoris, & operis, Libri initio; ex Libro 1. Epiſt.5.quæ eſt ad *Marium Arianum* pag.18 paulò ante finem, poſt illa verba, *habeo gratiam*,dele ſex lineas,uſque ad,*Concludis enim Epiſtolam*,excluſ.

Ex lib.2.Epiſt.6.ad Paulum Sadoletum p.58.ad finem,poſt illa verba,*eſſent fortaſſe ferendi*,dele,ſeptem lineas, uſque ad initium,pag. 59. & illa verba, *Is primus reſtitit*,excluſ. — Epiſt. 12. ad Petrum Victorium pag.71.ante medium,poſt illud, *etiā animi poſſent*,dele tres lineas,uſque ad.*Quare quod*, excluſ. — Ex Epiſtola ultima ad *Antonium Philonardum*, pag. 85. ad finem, poſt illud,neſcius id quanti ſit,dele ſex lineas,uſque ad initium pag.86.in illis verbis,*Huic malo nemo*,excluſ.

Ex lib. 3. Epiſt. 1. *ad Petrum Franciſcum Riccium* pag.89.ad finem, poſt illa verba, *quam rabulas iſtos*,dele tres lineas,uſque ad illud,*Quare quod*, excluſ. — Ex Epiſtol. 5. Fauſti Bellartis ad Palearium,pag.87.paulò poſt medium,ubi legitur,*nos lignipodas*, dele vocem *lignipodas*.—Ex Epiſtol. 6. *ad Paulum Bellantem*,pag.99.ante finem, poſt illa verba, *reliquum eſſe nullum*,dele quatuor lineas,uſque ad,*Tu vide*,excluſ.—Et p. 100. lin. penultima dele *quem ſanctè & Auguſte ſemper colui*. — Ex Epiſtol. 15. pag. 131. ad medium ubi legitur, *abeſt ſuperſtitione*,dele vocem, *ſuperſtitione*. — Et poſt lineam, dele, *Theologum*. — Et poſt aliam lin.dele *ad pedes ſtatuæ*.

EIVSDEM Orationes duodecim.Prima in

in l. Muræpam ad Iudices, quæ Ciceronianæ reſpondet, &c. Lugduni apud Gryphiũ 1552. — Permittuntur, appoſita nota Auctoris damnati, & operis permiſſi. — Et expuncta oratione ſecunda, quæ eſt, *Pro ſe ipſo*, ad P.C. Reip. Senenſis.

EIVSDEM de *Animorum immortalitate* verſibus Heroicis libri tres, Lugdun. apud Gryphium 1536. Baſileæ 1551. — Permittuntur appoſita præſcripta nota Auctoris, & operis, & expuncta Epiſtola ad *Petrum Paulum Vergerium*, hominem damnatæ memoriæ.

EIVSDEM quædam Poemata permittuntur Deliciarum Italicarum parte ſecunda. Vide Deliciæ Italicæ. Claſſ. 3.

### ANTONIVS Prætorius.

Theolog. Luthero-Zuinglianus, ſcribebat & edebat de *Sacramento*, &c. Lichæ 1602.

### ANTONIVS Probus.

Seu, *Anthonius Prob.* Germanus, Theolog. Lutheranus, Auguſtanæ confeſſ. Profeſſ. Islebienſis: ſcribebat contra Calviniſtas Ienæ 1591. — Et pro Luthero, Lipſiæ 1583. 1584. & Islebiæ 1586. & Schmalcaldiæ 1597.

### ANTONIVS Reuclinus.

German. Theolog. & Polilog. Luther.

EIVS, *Exegeſis dictionum in Pſalmos*. Baſil. apud Henr. Petr. prohib.

### ANTONIVS Sadeel.

Gallus, Theologus, Luthero Zuinglianus; ſcripſit multa ſcatentia erroribus, Latinè, & Gallicè, Genevæ, Morgijs, Lauſannæ ab ann. 1581. uſque ad 1593.

### ANTONIVS Scharpius.

Theolog. Calvino-Zuinglianus: ſcripſit de *Iuſtificatione*, contra omnes Catholicos, & in primis contra Cardinalem Bellarminum, Genevæ 1609.

### ANTONIVS Schenberger.

Seu, *Schneberger*, Germanus, Medicus, Lutheranus.

### ANTONIVS Schorus.

Anglus, Philolog. Lutheranus.

EIus *Theſaurus Ciceronianus*, Argentorati per Ioſiam Rihelium 1580. Argentinæ 1570. permittitur cum ſubiecta expurgatione.

In prima Libri facie adhibe notam *damnati Auctoris, & operis cum expurgatione permiſſ.* — & ibidem, ubi fit mentio Ioannis Sturmij: ſcribe, *damnati Auctoris, opus cum expurgatione permiſſum.*

In Præfatione, pag. 2. ad finem, poſt illud, *ab Antonio Schoro*, dele, uſque ad, *Quidum dixit*, excluſ. — Poſt Præfationem, *ad fragmenta quædam Ioachimi Camerarij*, adhibe Camerario notam *damnati auctoris, & operis illius permiſſi.* — Ex epigrammate vero de *Vtilitate operis*, expunge duos ultimos verſiculos.

EIVSDEM *Dialogus de ratione populariter tractandarum quæſtionum*, Lauſannę 1572. Lugduni 1574. Colon. 1578. & ſolet circunferri cum eiuſdem *Phraſibus linguæ Latinæ*, Coloniæ 1594. 95. 99. apud Golvinium Cholinum. Heidelberg. 1600. & cum *Ratione obſervandorum Auctorum*, Baſileę apud Hervagium 1550. & Colonię apud Petrum Horſt. 1573. — Permittetur, inquam, ille *Dialogus*, ſi ita expurgetur.

Adhibe notam in ipſa Libri facie, Auctoris damnati, & operis permiſſi. Dialogo vero pag. 5. in fine, dele, *hominem ſola Fide iuſtificari.*

EIVSDEM Libri duo de *Ratione diſcendæ, docendæque linguæ Græcæ*, in quibus Epiſtolas quaſdam Ciceronis, & Iſocratis Parenesim ad Dæmonicum exempli loco, interpretatur. Argentorati apud Rihelium 1549. ſimiliter permittuntur, cum præſcripta nota Auctoris, & operis.

### ANTONIVS Thomerus.

### ANTONIVS Thiſius.

Brabantus, Antuerpienſis, Calvinianus, Bezæ, & Fayi, imò, & omnium ſui temporis ſectariorum nocentiſſimorum auditor, Theologus, Harlemenſis, & Amſterodamenſis miniſter; Profeſſor Geldrovelavicus, & Leydenſis; ex Auctoribus, & ſubſcriptoribus Conciliabuli Dordrechtani.

### ANTONIVS Walęus.

Gandavenſis, Theologus, Calvinianus Bezæ familiaris, Franciſci Iunij, & Gomari auditor, ſubſcriptor Cõciliabuli Dordrechtani, Paſtor Middelburgenſis, & Hagiẽſis, & demũ Profeſſor Leydenſis. Eius omnia prohib.



INDICES Librorum PROHIBITORŪ E.V. Z4.

Arent Barents.

Arnoldvs Bernardi.

Arnoldvs Brixienſis.

Italus in Papam,& in omnes Eccleſiaſticos petulantiſſimus,Tigurum primum profugus, tandem Romæ exuſtus, ſub Federico Imper.

Arnoldvs Burenius

Weſtphalus,Scholæ Roſtochianæ,Philolog.tempore & patrocinio Melancthonis, Profeſſor Wirtembergenſis, Luthera. Omnia eius opera prohib.

Arnoldvs Calapmarus.

Seu,*Calapmarius*,Profeſſor Altorphienſis.

Arnoldvs Montanij.

Arnoldvs Oortcampius.

Amertsfortianus, ex Auctoribus Synodi Dordrechtanæ.

Arnoldvs de Rayger.

Seu, *Arnelaus de Rayger* I. C. Germanus, Lutheranus.

EIus,Liber unus *Diſputationum*,ſeu, *Diatribarum conſuetudinum Feudalium*, Magdeburgi,apud Ioãnem Francum 1602 1603.permittitur,ſi ita expurgetur.

Adhibe in prima Libri facie notam *Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſſi.* —in Epiſtola dedicatoria, quæ incipit,*Non minus verè*, &c. poſt illa verba, *in hac materia princeps*, dele uſque ad, *Hartmanus Piſtoris*, excluſ. — Et poſt illud, *in Seutſcitz*, dele uſque ad, *Henricus Roſenthal.* excluſ. — Poſt diſputationem 1.in Probl.pag.10.expungatur totum quartum Problema, quod incipit, *An Papa ab Imperatore*,&c.

Eivsdem Arnoldi, *Theſaurus Iuris*, Magdeburgi, apud Ioannem Francum 1617.permittitur.

Apponenda Libri initio præſcripta nota Auctoris, & operis.

In Epiſtola dedicatoria,quæ incipit, *Illuſtriſſime*:&c.pag.2.lin.9.à fin. dele, *magno cum emolumento Eccleſiæ, & Reip.* — Et ſequenti pag.quæ eſt tertia eiuſdem epiſtolæ,lin.1.dele, *Beatiſſimæ memoriæ.* — Et lin.5.poſt illa verba, *Electa, & evecta eſt*, dele 15.lin.uſque ad.*Quaſi poſt liminio*, excluſ.

In 2. vero dedicatoria, quæ inſcribitur *Reverendiſſimis,&c.* dele 18.lineas inſcriptionis,uſque ad, *Animi eſt ingenui.* excluſ. —Poſtea p.1.dele inſcriptionem,quæ incipit,*Nobili & magnifico*,&c.uſque ad, *Arnoldo*,excluſ.— Et Ioãni Georgio ſubſcribenti, adhibe notam damnati ſcriptoris. —Atque idem præſtandum in tribus alijs epigrammatis ſequentibus,& eorum Auctoribus ſubſcribentibus.—Expungenda vero tria integra folia ſequentia, id eſt, à p.5.incluſ. uſque ad 10. ſimiliter incluſ. in quibus eſt epiſtola Hermanni Vvltei.

Eivsdem Epiſtola dedicatoria,*In Centuriam primam Reſponſorum Iuris Ioachimi Mynſingeri.* Vide *Ioachimus Mynſingerus*.1.Claſſ.

Alia vero eiuſdem Arnoldi opera ſunt prohibita.

Arsativs Schoffer.

Seu,*Aſſartius Schoffer*, qui & *Matth. Scoffer* German.Theolog.Lutheran. edidit quædam Theologica Auguſtæ Vindelicorum.1538.

Artvrvs Britannus.

Attalarivs Egenolphus.

Germ.I.C. Politicus, & Philolog. ſcribebat. Hanoviæ 1596. *Et pro libertate Germaniæ* 1602.

Avdomarvs Thaleus *Philol.*

EIus *Prælectiones* in Ciceronẽ, Porphyrij Iſagogen,& Ariſtot.1.Lib.Ethicor. — Et eiuſdem *Admonitio ad Adrianum Turneb.* Francof. apud Wechel. 1583. — Eiuſdem *Rhetorica* è Petri Rami prælectionibus obſervata,Francof.Spiræ, Hanoviæ, Magdeburg. Pariſ.Coloniæ permittuntur adhibita præſcripta nota. Tum Thalæo, tum Ramo.

Eadem vero *Rhetorica* ex legum imperio reformata,à Ioanne Biſterſeldio,Herbonæ 1610.& Hanoviæ 1597.—Et eadem Retorica collecta per Paulum Friſium Laubanenſ.Francof.1600.—Et cum commentationibus per Claudium Minoem Franc. 1591. — Et cum notis Guilielmi Adolphi Scribonij, Baſil.1590. & Franc. 1595.prohib.

Avgvstinvs Brunnius.

Hiſtor.Germ.Luther.

Eivs omnia prohib.

Avgvstinvs Callias.

Seu, *Auguſtus Callias*, ſeu, *Callea*, ſeu, *Calliæ*, German. Theolog. Calvino-Zuinglianus, & Poëta.

Eivs *Emblemata ſacra* ex Libris Moſis excerpta. Heidelb. 1591. prohib.

Avgvstinvs Henoldus.

Avgvstinvs Marloratus.

Rothomagenſis, Gallus, Theol. Calvino-Zuinglianus. Profeſſ. Genevenſ. Rothomagi propter hæreſim extremo ſupplicio affectus ſcribebat Theologica, & in Scripturam Morgijs 1585. Baſil. 1604. Genevæ 1583. 1585. Perpetuo prohibita.

Avgvstinvs Maynardus.

Pedemontanus, Theol. Calv. Miniſter Clavenæ in Rhetia qui ſcripſit Latinè, & Italicè *Anatomiam Miſſæ*, & de *Perfecta ſatisfactione Chriſti* 1551.

Avgvstinvs Sagittarius.

Avreolvs Theophraſt. Paracel.

Seu, *Aureolus Theopraſtus Paracelſus Bonbaſt*, ſeu, ut ipſe ſubſcribit, *ab Hobenheim*, ſeu, *Philippus Theophraſtus*, &c. — Germanus Luther. Medicus, Chirurgus, & Chymicus: quamvis nõnulla etiá Theologica edidit in Sacros Libros, quędam etiam Aſtronomica, & Aſtrologica, ſed omnia Germanicè, & pleraque ab eius diſcipulis Latinè reddita.

Eivs *Chirurgia magna*, in duos tomos digeſta, & à Ioſquino Dalhemio Oſtofranco ex Germ. Latinitate donata. Argentorati 1573.

Adſcribe ipſi Auctori notam damnati, & operis cum expurgatione permiſſi. — Et eandem notam inure interpreti Ioſquino Delhemio Oſtofranco. — Fol. 6. poſt, *Petrus Ramus*, ſcribe: *Auctor damnatus.*

Tract. 1. p. 29. ante med. poſt illa verba; *Annũciari, ac prædicari voluit*, dele tres ferè lineas, uſque ad, *ſequitur ergo*, excluſivè.

Tract. 2. p. 47. poſt medium, & poſt illa verba, *verum ſurdis fabula*, dele totum ſequentem §. uſque ad Titul. *De ſublimatis quibuſdam*, excl. in p. 49. — Et pag. 136. ſub titulo: *Vlcera quædam per incantationem*, ad medium, poſt illa verba, *intervallo ſuperare conſtat*, dele tres lineas, uſque ad, *quod ſi ergo*, excl. — Et pag. 137. dele ab initio ſexdecim lineas, cum notula marginali; *incredulitas*, &c. uſque ad Titulum *De ulceribus*, excl.

Ex Tract. 3. p. 165. c. 10. poſt medium, & poſt illa verba, *Sophiæ herba*, dele quinque lineas, uſque ad, *neque per incantationem*, excl. — Expunge item notã margin: *Per ſicariæ*, &c. — Ex Lib. 5. p. 205. lin. 6. ab initio, poſt illa verba: *Quæ illas non attinent*, dele ſex lineas, uſque ad, *operationes hæ à Medico*, excluſ.

Ex indice verò, dele, *Characteres iuxta Cœli influentias conficiuntur.* — *Charactares ſanguinem fluentem ſiſtunt.* — *Conſtellata verba telorum ferramenta extrahunt.* — *Magi cœleſtibus ſpiculis bonis, vel malis tutos ſubducunt, Telorum, ac enſium Characteres.* — *Admirandi effectus in gemmis piantodibus.* — *Verba conſtellata ſine exorciſmis tela extrahunt.* — *Viperæ à coniurationibus in rabiem aguntur.*

Ex Tomo 2. dele in titulo: vocem *Summus.* — Pag. 5. Lib. 1. c. 1. initio, poſt illa verba, *ſubito offerunt*, dele 4. lin. uſque ad, *Verum ea eſt*, excl. — Ex Lib. 3. c. 3. pag. 34. poſt illa verba, *Diſſimilitudo cauſatur*, dele 3. lin. uſque ad, *Quin & in cæteris quoque*, excl. — Et ad fin. c. appone in margine, *Cautè lege.* — Et ſimiliter p. 35. cap. 4. poſt medium, ubi *De Tranſplantationibus, ex terra factis*, ſcribe, *Cautè lege.* — Ex Lib. 7. cap. 1. pag. 70. ad finem poſt illa verba, *Tonſores hos ruſtici*, dele ſequentia, uſq; ad ſex lineas in pag. 71. uſque ad illa verba, *Sanè ſi impoſturæ*, excl. — Et dele Notatiunculam marginalem, *Monachi notantur.* — Et octava linea, ante finem capitis, dele vocem, *Monachi.* — Eadem pag. c. 2. lin. 6. à fine, dele, *ut præceptores Cardinalis agnoſcas.* — Lib. 10. pag. 97. parum ab initio. In §. *Quod ſi iſti*, lin. 2. dele vocem, *Monachis.*

In Tract. de *Impoſturis in morbo Gallico.* Lib. 2. c. 13. lin. 11. ante finem, dele vocem *Monachi.* — Et pag. 130. c. 18. *Simul cum inſcriptione, de ſuperſtitioſis*, dele integrum cap. cum omnibus annot. margin. uſque ad ſequentem Titulum cap. 9.

In Tract. *de Origine Luis Gallicæ*, Lib. 1. c. 14. pag. 176. paulò ante medium, poſt illa verba, *Mutuati, ac ſuffurati ſunt*, dele 3. lin. uſque, *Sis in Medica arte*, excl. — Et Lib. 4. c. 9. poſt illa verba, *Nugacibus rebus*,



INDICES Librorum PROHIBITORŨ E.V. Z4.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*bus*, dele, *Sed ſervantibus magicæ ac Caballæ.* — Et poſt tres alias lineas, dele, *Vt ne Iunon quidẽ naturale ipſis æquiparare queat*, & inferiùs poſt alias 4. lin. & poſt illa verba, *In vitio quis eſſet*, dele 4. lin. uſque ad, *Vt perinde ut Deus*, excluſ. — Et lib. 7. cap. 5. pag. 230. poſt medium, poſt illa verba, *Opus ſuum abſolvit*, dele, reliqua huius capitis, ſimul cum cap. 6. ſequenti, in p. 231. & cum nota marg. *Mahometanos inter*, &c. uſque ad cap. 7. excluſ. — Et pag. 233. cap. 8. poſt medium paginæ, & poſt illa verba, *Accurato iudicio opus ſit*, dele 4. lin. uſque ad, *Æquè enim magna* excluſ. — Expunge item not. margin. *Monachi*, &c.

EIVSDEM *Chirurgia minor*, quam aliàs *Bertheoneam* intitulavit, ex verſione Gerardi Dorn. Argentorati 1573. & in forma parva Baſil. per Petrum Pernam.

Adſcribe notam damnati Auctoris, & operis cum expurgatione permiſſi, in prima operis facie. — Ex præfatione, pag. 3. §. *Reperiuntur*, lin. 4. dele vocem *Monachi*. — Et pag. 4. ante med. §. *Apparentia*, poſt illa verba, *Vino Rethico baptizarunt*, dele 5. lin. uſque ad, *Multis non indigent*, excluſ. — Et pag. 10. §. *Quod iſti Seſe*, ad fin. lin. 10. ante finem, poſt illa verba, *Produxerũt additamentis*, dele 5. lin. uſque ad, *O cæca ſedes!* excluſ. — Et Lib. 2. cap. 7. pag. 74. lin. 21. à princ. poſt illa verba, *Fundamentum artis*, dele ſequentia uſque ad §. *Experimenta quædam*, excluſive.

EIVSDEM Liber, *De Cutis apertionibus.* — Cap. 3. pag. 134. paulò ante medium, poſt illa verba, *Quæ neceſſaria ſunt*, dele ſexdecim lineas, uſque ad, *Non propter artem, &c.* excluſ.

Ex Lib. 2. *De cura Vlcerum.* — Cap. 1. pag. 145. poſt illa verba, *Omnia ſe bene habebant*, &c. dele 13. lineas, uſque ad, *Huius vita, victuſque*, &c. excluſ.

EIVSDEM Liber de *Vermibus, & Serpentibus.* — Pag. 144. cap. 1. poſt medium, & poſt illa verba, *Commodum & utilitatem*, dele, quę ſequuntur, uſque ad finẽ capitis, ſimul cum integro cap. 2. ſequente, uſque ad cap. 13. excluſ. in pag. 156. initio, & pag. 157. deleatur integrum cap. 4. — Et in eadem pag. cap. 5. lin. 9. à fine, poſt illa verba, *Iſraël magiſter extitit*, dele 10. lineas, uſque ad initium, pag. 158. & ea verba, *Sed legito ſumma*, excluſ. — Pag. 158. c. 6. poſt medium, & poſt 1. §. cap. in illis verbis, *Contentus his paucis eſto*, dele 7. lineas, uſque ad, *Item præſervativa*, excluſ. — Et inferiùs in pag. 159. poſt 4. lineas ab initio, & poſt illa verba, *Aſpectu ſolo necant*, dele 10. lineas, uſque ad, *Vt harum finem*, excluſ. — Et cap. 10. pag. 162. ad finem, poſt illa verba, *Contra vel dubitaret*, dele ſequentia, uſque ad finem capitis.

EIVSDEM Tomus I. *Operum Latinè redditorum*, Baſileæ, ex officina Petri Pernæ 1575.

Apponenda nota ſolita auctoris, & operis. — Et poſt præfationem Typographi ad lectorem, permittitur brevis epiſtola Eraſmi Roterodami ad Theophraſtum.

Lib. 2. de *Vita longa*, fol. 301. ad medium, poſt illa verba, *Prætereundum cenſeo*, dele octo lineas, uſque ad, *Hæc ſunt vel ſola*, excluſ. — Et Lib. 1. de *Natura rerum*, folio 377. ſexta linea à principio, poſt illa verba, *A carnifice moriuntur*, dele totum reliquum folij, uſque ad medium pag. ſequentis 379. & illa verba, *Hic quoque opus eſſet*, excluſ. — Et lib. 4. eiuſdem lib. parum ab initio, pag 404. poſt medium, & poſt illa verba, *Inferioris firmamenti*, dele 9. lineas, uſque ad lin. penult. & illa verba, *Iam vero pergemus*, excluſive.

Ex Tomo 2. Poſt appoſitam notam ſolitam, dele in fol. 2. p. 4. Epigramma *in imaginem Paracelſi*, quod incipit, *Stemmate nobilium.* — Poema vero fol. 5. quod incipit, *Ergo ſic periјt*, totum expungatur.

EX PARAMIRICIS OPERIBVS. Pag. 3. §. *Primo Medicus*, lin. 3. dele, *Homo ex nihilo ſit creatus.* — Pag. 34. lin. 11. à princ. dele, *Ex aſtro enim, non complexione proveniunt.* — Cap. 8. ad med. poſt illa verba, *Exorandum eſt*, dele octo lineas, uſque ad, *Hæc propterea enarro*, excluſ. — Pag. 76. in medio dele, *Cæcis viſum reſtituemus.* — Et p. 77. ad fin. dele, *Cæcitatem, & contracturam.* — Et pag. 79. ipſo initio, dele, *Vt eſt innata cæcitas, contractura, & cæteri ſimiles morbi.* — Et inferius poſt octo lineas, & poſt illa verba, *Evenire nativitates*, dele tres lineas, uſque ad, *Nec ſolum illud*, excluſ.

Ex lib. 2. cap. 2. pag. 98. ad medium, poſt illa verba, *Simus habituri*, dele uſque ad fin. paginæ, & initium ſequentis, in ſecunda linea, & in illis verbis, *Sic & iſti Medicinam*, excluſ. — Et pag. 110. in medio poſt illa verba, *Revera ſecantem*, dele ſex lineas, uſque ad illa verba, *Quamvis hìc multa*, excl. — Et pag. 140. in medio, poſt illa verba, *Vel alius quiuis Planeta*, dele, uſque ad fin. pag. huius, & ſequentis, & uſque ad illa verba, *Innata igitur morborum*, excluſ.

Cap.

Cap.8.pagin.144.lin.2.à principio, poſt illa verba: *Philoſophia ipſum probat*, dele, uſque ad fin.pag. & 9. lineas ſeq.pag. 145. —Et pag. ſequentis 145. uſque ad extremam lineam, & illa verba, *idem, & in maribus.*

Liber de *Matrice*, in quo omnia ſunt cautè legenda; quoniam inſolentia, & Cabaliſtica ſunt; præſertim quæ *de Matrice*, & *de Spiritu procedente à Deo*, & *de Limbo*, ſcribit. —Pag.307.in medio poſt illa verba, *per comparationem*, dele 12.lineas, uſque ad, *bonis conditionibus*, excluſ. — Et pag. 308. poſt medium, poſt illa verba, *depravari poteſt*, dele 4. lin. uſque ad, *Sic & homo*, excluſ.—Pag.309. ante med.poſt illa verba, *peſſimè agitis*, dele 4. lin. uſque ad, *Matrimonij Patres*, excluſ. — Et pag.321. poſt illa verba ante med. *creaturæ ſitis vos*, dele 4.lineas, uſque ad, *crearunt vos*, excl.

Pag. 335. dele titulum, *Argumentum ſequentium librorum*, cum ſeq. integro tractatu, qui totus eſt, *De ijs, quæ hominibus eveniunt ratione fidei, & de cauſis morborum inviſibilibus*, qui excurrit uſque ad pag. 366.

Liber verò, Tertius, qui incipit pagina 366. *de operibus inviſibilibus ex imaginatione*, utcumq; tolerari poteſt; & ſobriè, ac non niſi metaphoricè accipiẽdum eſt, quod ſcribit pag. 175. *Vim imaginativam eſſe in Cœlo.* — Eſt præterea delendum, quod ſcribit pag. 389. poſt illa verba primæ lineæ, *generati eſſe potuerunt*, ubi delendæ ſex lineæ, uſque ad, *Mundus quidem*, excluſivè.

Liber verò. Quartus, qui incipit pag. 394. & inſcribitur, *De currentibus ad Sanctorum reliquias, & de efficacia Mumiæ* omninò delendus eſt, ſicut etiam Liber 5. ſequens, qui inſcribitur *de Efficacia Characterum*, & finitur pag.488.

Tractatus, qui incipit, pag. 449. & inſcribitur; *Paragranum, hoc eſt, de quatuor medicinæ columnis.*

In titulo, *de Philoſophia, primo fundamento Theophraſticæ Medicinæ*, pag.480. ad finem dele: *Quod ipſa natura ſit morbus.*

Tractatus item, *de Aſtronomia, ſecundo Theophraſticæ Medicinæ fundamento*, cautè legendus, & corrigendus, ſicubi viſus fuerit Aſtris, & Cœleſtibus influentiis plus aliquid tribuere, quã corpoream virtutem ſupra corpora.

De *Alchymia* tertio *Theophraſticæ, Medicinæ fundamento*, quod incipit pag. 556. dele, pag. 559. ad finem poſt illa verba, *à Cœlo dirigatur*, uſque ad fin.pag.ſequentis, & ad illa verba, *quoniam autem Medicina*, excluſivè. — Et in fine pag.561. poſt illa verba: *Ab illo dirigi oportet*, dele ſeptem lineas, uſque ad finem pag. — Et pag. 562. paulò poſt med. poſt illa verba, *Continuè ægrotantis appellatis*, dele 4. lineas, uſque ad, *Cum igitur Cœlum*, excl.

Pag.589. ad fin. poſt illa verba: *Proponã, & explicabo*, dele uſque ad fin. pag. & initium pag. ſequentis, uſque ad §. *Hoc tamen monitos*, excl.

De *Virtute*, ſeu, *veritate*, quarto *Medicinæ Theophraſticæ fundamento*. Pagin. 598. paulò ab initio, poſt illa verba, *ſed homo verax*, dele reliquum paginæ uſque ad initium, ſequentis, & ad illa verba, *ita etiam hic*, excluſ.—paulò inferiùs ad finem pag. poſt illa verba; *non mendacio*, dele quatuor lineas, uſque ad, *Si igitur Deus*, excluſ. — Pag.601. ad medium, poſt illa verba, *arte tua frui poteſt*, dele octo lineas, uſque ad, *ita etiam*, excl. — Pag. 602. poſt med. poſt illa verba, *& aliorum omnium*, dele ſex lineas, uſque ad, *ſed quæ in nobis*, excl.

Denique iis omnibus, & ferè in univerſis Paracelſi operibus, quę ſupra centũ numerantur ab ann.1560. uſque ad 1590. diuerſis Germaniæ locis impreſſa, ſunt innumera quædam fictitia, ſive malis veriùs appellare, magica, aut caballiſtica nomina, quæ vix intelligi poſſunt, neque in genuina, & propria ſignificatione accipi: qualia ſunt, *Limbus*; *Homo inviſibilis*; *Matrix*; *Hermaphrodita*; *Monarchia*; *Spiritus olympicus*; *Imaginatio Cœleſtis*; *Amor heroicus*; *Archæus*; *Matrimonium*; *Adulterium*; *Hyems*; *Ætas*; & ſimilia, quæ ſano modo accipi oportet, ſi utcumque toleranda ſunt.

Ex opuſculo De Creatione Hominis, quod incipit pag.753. Ex pag.756.ad finem, poſt illa verba, *perpeſſus eſt patienter*, dele ſex lineas, uſque ad initium pag.ſequentis, in illis verbis, *ubi unus altero*, excl. —Pag.760.initio, poſt illa verba, *dignitate donatur*, dele duas paginas, uſque ad decẽ lineas, pag. 762. in illis verbis, *Deus enim animam hominis*, excl. —Et in eadem pag. linea 6. fine, dele, *Spirituſque corrumpitur.* — Et pag. 763. linea ſexta ab initio poſt illa verba, *res comprehendit*, dele ſex lineas ſequentes, uſque ad, *Duplices itaque.* — Pag. 764. poſt tres lineas ab initio, & illa verba, *mors conſiſtit*, dele reliquum, uſque ad finem Tractatus.

Eivsdem *Theophraſti* Libri quatuor de



INDICES Librorum PROHIBITORŪ E.V. Z4.

*Generatione Hominis*, qui incipiunt, p.766. expunge integram Pręfationem, uſque ad pag.771. & Opuſculum de *Generatione Hominis*, expungendum eſt, uſque ad p.797.

Eivsdem Liber, de Morbis *foſſorum* metallicorum. In cuius lectione ſimiliter cavendú eſt ne ſub fictitiis, & Alchymicis elementorú, & rerum appellationibus, veneni & ſuperſtitionis quicquá deliteſcat

Eivsdem de *Vrinarum ac Pulſuum iudicijs.* —Eiuſdem *Phyſiognomia*, quantum Medico opus eſt, Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni 1568. permittuntur appoſita nota debita, auctoris & operis.

Eivsdem Paracelſi libri de *Gradibus*, de *Compoſitienibus*, de *Doſibus*. Item ſeptemdecim capita de *Anatomia*, Baſil. per Petrum Pernam 1568.

In prima libri facie adhibe Paracelſo ſuam notam, & inferiùs ubi legitur, *Per Adamum à Bodenſtein reviſa*, adde *ſectarium Lutheranum.*—Deinde expunge pręfationem ad lectorem, quæ eſt Adami Bodenſtein, & incipit, *Multos vocatos*, &c.—Deinde in Pręfatione eiuſdē Adami, quæ incipit, *Quemadmodum non omnis*, pag.2.lin. 7.dele vocē, *Garriendi*, & in margine, dele *Theologia Scotiſtæ.* — Et pag.5.poſt mediū, & poſt illa verba, *Non tectum ingrediamur*, dele quatuor lineas, uſque ad, *Hinc incipiamus*, excluſ.—Pag 11.ante medium, poſt illa verba, *Libero, & naturali vultu*, dele, duodecim lin. uſque ad, *Nam elementa nihil*, excluſ. — In epiſtola Theophraſti ad ſtudioſorum Tigurinorū cœtum, *&c.* pag. 2.paulò ante finem, poſt illa verba, *Ioannes Frobenius*, dele, quatuor lin. uſq; ad, *Quambrem*, excluſ. — Pag. ſequent. in inſcriptione Epiſtolæ Eraſmi, appone Eraſmo ſuam notam.

### Azarias Sturtzius.

Seu, *Sturcius*, Roſtochienſis Profeſſor Medicus.

## *EN FRANCES.*

### Andre' Hiperius.

Theolog. Calvinian.

Enſeignement à bien former les ſaintes Predications, *&c.* Par Iean Creſpin.

### Antoine Chanorrier.

Theolog. Calvin. ſe prohiben todas ſus obras, impreſſas en Ginebra, año de 1556.

### Antoine du Pinet.

Theolog. Calvin. Su libro De la Conformitè des Egliſes de France, & de l'Egliſe primitive, *&c.* A Lyon 1564. y todas las demas obras de dicho Autor ſe prohiben.

### Ayme Migret.

Theolog. Luther. Su libro de Ante-Chriſt. Par Raoul Galtere, 1559. y todo lo demas que eſcriuiò ſe prohibe.

SECVN-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN